



~~17-69~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
17-69. ———
SIGNAT. MDLCCCXIII.



ADMONITIO

THEOLOGICAE FACULTATIS

in Academia VVitebergensi, ad scholasticam
Iuventutem, de libello famoso & blas-
phemo recens sparso, cuius
titulus est:

DISPUTATIO NOVA

contra Mulieres, qua ostenditur, eas
homines non esse.



VVITEBERGAE
Excudebat Vidua Matthaei
VVelaci,

ANNO M. D. XCV.

13

A. D. M. O. T. T. I. O.

THEOLOGICAE FACULTATIS

in Academia Vitebergensi

publice habita

disputatione

habita

die Martii

anno MDCCLXXII

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini

de

causa Martini



otte
aha
De
mie
vel
dia
qu
ho
ge
tise
fo
sal
tra
ter
de
lat
pe

est
&
&
ru
ci
lu
iu
bi





Parvus est hic & alibi famosus quidam & blasphemus libellus, cuius titulus est: Disputatio noua contra mulieres. Ipse interim Autor sibi cauendum ratus, nomen suum studio suppressit, ut eam, quae vulgato scripto suo esset lectura, fabulam tutus spectare & ridere posset. Conatur autem impurus iste canis ostendere, non solum quod mulieres homines non sint, sed & alia longè tetriora. Siue ioco id faciat, siue serio, nihil est coram Deo discriminis, cum nefarium sit de fidei capitibus Academicorum in modum *εὐφορίας* & *εὐπρεπίου* porro & flagitiosum velle per risum iocumque torquere scripturas sacras ad eiusmodi astruenda paradoxa, quae adorandae Trinitatis articulum, quae Deitatem Saluatoris Christi, quae humanam ipsius ex homine natiuitatem, quae opus redemptionis pro hominum genere, seu viri illi sint seu foeminae, praestitum quae porro baptismum foeminis collatum, communionem illarum cum Christo, resurrectionem ex mortuis in nouissimo die, perpetuamque salutem conuellunt. Qui in his tam arduis, tamque diuinis & transcendens rebus solum ingenij sui ostentare, & sempiternae salutis hominum mysteria Pyrrhonicorum in modum ridere, caeterisque farinae huius illuloribus deridenda propinare satagit ne is ad prodigium usque impius omni que timore Dei penitissimè vacuus sit oportet.

Quamquam autem maledicus ille liber indignus plane est; cuius refutationi nullus impendatur labor, & quamuis pij & ingenui adulescentes sponte tales *τεφαρολογίας* auerlantur & execrantur: tamen quia in hac multiplici ingeniorum varietate reperiuntur aliqui, qui illiberabbus hisce iocis lannis & irrisionibus sibi minime placent & haec exempla inuentutem, cuius nondum est confirmatum de tantis rebus iudicium, invitant ad consimilem *καταλογὸν καὶ παροχμίας*, quibusque exegitatis strophis eludendi, quae in scriptura dicuntur

propè omnia: quin etiam quia non ignoramus, solere aliquos inde capere occasiones vexandi sexum muliebrem, quasi non sint in hominum ordine, & proinde nec in eorum numero, ad quos Christus cum merito & beneficijs suis pertineat: quas sanè in his frementis ac frendentis Satanae furoribus est periculosa vexandi ratio, cum alioquin malignus iste Spiritus nobis miseris hominibus, inprimis etiam infirmo sexui foemineo, conetur praesidia necessariae consolationis eripere, & aeternae salutis palmam intervertere: idcirco necessarium esse duximus, praemovere scholasticam iuventutem, ne libellum istum plusquam famosum planeq; Diabolicum emant, legantve, neve alijs legendum communicent: sed potius exemplaria, si quae habent, suppriment & aboleant. Quantum enim chaos impietatum libello eo contiscatur, vix vlla ratione laetis explicari potest.

Theol. 28.

Ferendum initio nequaquam est, quod nobilem illam creaturam Dei, quam suis ipse manibus aedificare dignatus est Gene 2. nebulo ille, in maternos cineres mingens, planeq; dignus, qui non ex matre homine, sed ex tropha nasceretur, accenset brutis animalib. anima simul & corpore interuentibus quodq; scribit nusquam extare, vnde originem suam traxerint mulieres, aut vade venerint. Quod conuictum vergit non tantum in contumeliam summi opifis Dei, sed etiam in humanitatem Mediatoris nostri enormiter impium & blasphemum est. Qui cum absq; virili semine ex sola matre virgine sit natus, certè si mater eius, quippè mulier, homo non est, quomodo se filium hominis ipse per vniuersam Euangelicam historiam praedicat? aut num sanctissimam humanitatem eius ex substantia animalis bruti (horrescimus ad Diaboli huius immania portenta) sumptam esse pronunciabimus? Nam quod Mariam ait per gratiam esse hominem non per naturam, cauillum putidum est. Sic enim & Christus ex substantia matris suae natus, non per naturam, sed

sed per gratiam tantum esset homo, atq; sic nobis naturam hominibus non consubstantialis. Quod verè est, sublimem articulum incarnationis filij Dei risui reproborum & infidelium exponere, eumq; à fundamento diruere & evertere.

Sunt verò & alia non minus in eo sceleratè scripta. Maximè hoc, quod adorandæ Trinitatis arcanum, & vnigeniti filij Dei æternam Deitatem, nunc sub Antitrinitariorum, mox Anabaptistarum, vt & Ebionitarum persona identidem petulanter vellicat & exagitat, quod profanæ Disputationis ipsius Theses, 1. s. 11. 16. 17. 41. 45. 49. & 50. nimis euidenter arguunt qua de causa & Ochinum Arianæ hæreses propugnatorem, monstrum seculi nostri, Magnum Ochinum prædicat.

Flagitiosa sunt & hæc quod coniugij sanctam ordinationem Thesi 42. calamo scelerato damnat: quod Evam nec ad Dei imaginem conditam, nec vas electam fuisse contendit: quod Christum ad mulieres nihil pertinere, neque Christum propter illas esse missum, nec pro ijs passum, neq; quæ de communione fidelium cum Christo dicuntur, attingere mulieres, ex professo contendit.

Et quis Christianus audire saltem sustineat diram hanc & execrabilem vocem: Auditis ne mulieres, Christum propter vos non esse missum? intelligitisne iam, viri, vxores vestras ad regnum cælorum non pertinere? Et mox: Auditis miserimæ mulieres, quomodo Saluator noster vos vocitet? non homines sed canes, non filios sed catellos? auditisne, non esse honestum nobis filijs sumere panem, hoc est, Christum panem illum Vitæ, qui de cælo descendit, & vobis dare, quæ nihil aliud estis quam ipsissimæ bestię foedæ. Quid ergo tantopere de salute vestra laboratis?

Quis non à Diabolo profectum arbitretur, quod fidem Chananae mulieris (à Salvatore tantopere collaudatam) scribit esse fidem eam, quæ sit Diabolorum, qui & ipsi credant & contremiscant? quod impudenter ait, neminem sa-

A s

BMW

nura nunquam docuisse, in muliere reperiri vivam fidem: quod insuper scripturæ loca, quæ sempiternam mulierum salutem potentissimè stabiliunt, per nequitiam plusquam aleatoriam, de corporis duntaxat sanitate, aut terrena in hoc seculo felicitate interpretatur: adeò ut etiam gloriosissimæ virgini Deiparæ beatitudinem cælestem palam deroget Theophilus
40. dicens: Vides Christum nolle ascribere mulieribus beatitudinem. Et si MATER ipsius beata non est, quæ illum portavit, quomodo aliæ mulieres debent saluari?

Theil. 47.

Porro quis non obstupescat ad Diaboli prodigiosam & effrenatam audaciam, dum per hoc mancipium suum, baptismum ab Apostolis collatum mulieribus, nihilo meliorem esse grunnit, baptismum campanarum? Ipsisq; sanctissimis Dei servis Apostolis quæ sitem movet & dicam scribit, quod Actor. 8.³ & 16. baptizarunt mulieres, quas CONTRA PRAECEPTUM CHRISTI ET VITIOSE baptizatas esse nefarius iste sycophanta scriptitat.

Nec minoris est audaciæ, quod ait, mulieri peccatrici non esse remissa peccata ad animæ salutem. Quandoquidem peccata mulierum, si quæ sint, nihil differant à brutorum peccatis. Item mulieres non damnari: (ac verò nec saluari, sed quod reliquum est, corpore & anima brutorum instar interire) similiter, si scrutemur scripturas, inveniri, mulieribus male facientibus terè semper benedici & propterea laudari quod malefecerint.

Et deniq; horrendum est auditu, si vel ioco tantùm dicatur, Sadduceos ideo errasse, quod stolidè putarint, nullas res resurrecturas, cum nihil in scripturis de earum salute contineatur. Quemadmodum & hoc, quod contra testimonium sanctorum Evangelistarum furit ista Bestia, filiam Iairiè mortuis resuscitatam non esse, siquidem Christus ideo dixerit, illam non esse mortuam sed dormire, ne fortè mulieres hinc exemplum capientes resurrectionem etiam ad se pertinere

nere existimarent. Item quod seruus Iairi suo ad herum
sermone significari, puellis vel foeminis semel mortuis fru-
stra Christi auxilium implorari, cum nec in nouissimo die
sint resurrecturae.

Verum sit finis blasphemiarum, quae fulmine potius,
quam calamo refutandae sunt: imò quas nudis verbis reci-
tare est refutare. Constat enim, ut de primo agamus pri-
mum n, mulieres omnium gentium & populorum assensu pro
hominib. semper esse habitas, quod vel sola illa Seruij Sulpi-
tij vox de Tullia Ciceronis filia quam hominem natam fuisse
perhibet, abundè comprobatur: idemq; recepta & omnium Phi-
losophorum calculis approbata definitio hominis ostendit, &
res ipsa declarat, & ratio suffragatur, & diuini verbi testimo-
nia (Gen. 1. 5. Num 31. 1. Pet. 3. & alibi) demonstrant, & ipsa
deniq; periphrastica Saluatoris nostri notatio, qua filius
HOMINIS in scriptura Prophetica simul & Apostolica
nominatur, locupletissimè confirmat.

Sed & de foeminei sexus redemptione & salute tantil-
lum dubitare nefas est. Christus, qui pro totius mundi pec-
catis propiciatus est, erit utiq; & mulierum Saluator. Mulier
(inquit Apostolus) seducta, obnoxia facta est transgressioni:
SALVA tamen fiet per generationem liberorum, id est, ge-
neratione liberorum saluti illarum nihil opstante. Eadem
enim est phrasis, quae & de Abrahamo legitur, quod iustifi-
catus sit, per praeputium, id est, in praeputio, nihil videlicet
obstante iustificationi ipsius praeputio.

Similiter Omnes filij dei estis, eò quod credidistis Chri- Gal. 3.
sto Iesu. Nam quicumq; baptizati estis, Christum induistis. Non
est Iudaeus neq; Graecus: Non est seruus neq; liber: non est mas-
culus ac femina. Omnes enim vos vnus estis in Christo Iesu.
Quid clarius dici poterat, quam quod hic perhibet Apostolus,
in regno Christi nullam haberi rationem diuersitatis, siue na-
tionis, siue conditionis, siue sexus, sed ad baptizatos & cre-
centes

dentes omnes, Iudæos & Græcos, Liberos & seruos, masculos
& foeminas pertinere beneficium iohannis, & esse illos simul
omnes in Christo Iesu unum. Quamobrem & Prophetæ in
prædicendo statu Ecclesiæ Noui Testamenti palàm affirmant,
Ecclesiàm Christi collectum iri ex viris pariter & mulieribus.
Ecce, dicit Dominus, leuabo ad gentes manum meam, & ad
populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vi-
nis; & **FILIAS** tuas super humeros portabunt.

Rursum Esa. 60. acclamatur Ecclesiæ Noui Testamen-
ti; Filij tui de longè venient, & **FILIAE** tuæ de latere sur-
gent. Sic Ioelis 2. dicit Dominus: Effundam de Spiritu meo
super omnem carnem; & prophetabunt filij vestri & **FILIAE**
vestræ senes vestri somniabunt, & iuvenes vestri visiones
videbunt. Sed & super seruos meos & **ANCILLAS** in die-
bus illis effundam Spiritum meum. Quemadmodum non so-
lùm Diua Maria virgo fuit habitaculum obumbrans eam
Spiritus sancti, & ipsiusmet unigeniti filij Dei templum san-
ctissimum: verùm etiam Elisabetta Baptistæ mater Spiritu
sancto repleta scribitur, Luc, 1. Qui Dei Spiritus haud raro
sele clarioribus indicijs profert in foeminis, quam in viris: si-
cut Diua Rebecca sententiam Dei de primogenituræ priuile-
gio quod diuinitus assignandum erat filio nati minorilucidi-
us intellexit, quàm Isaac.

Imò non dubitat docere petrus mulieres Christianas
sancta conuersatione posse viros suos (adhuc à fide alienos)
etiam absq; sermone lucrifacere 1. Pet. 3. Ideoq; & Paulus
consulit, ne fidelis soror dimittat infidelem maritum: qui nam-
que scis, inquit, mulier, an maritum sis seruatura. Cor. 7.
Cumq; Spiritus dei non nisi animas sanctas & beatas inhabi-
tasse, ut Prophetico dono in dei populo emiacrent & excel-
lerent. Quod apparet exemplis Mariam sororis Prophetæ
Mosis, Deborah & Huldæ.

Genera-

Generatim verò foeminis Deum timentibus hoc elo-
gium tribuitur, quod ELECTAE dicuntur. neq; hie lo-
lius Siracidis nitimur testimonio, sed etiam secundae Episto-
lae Iohannis, ubi Iohannes eam, ad quam scribit, Dominum
itidem ELECTAM nuncupat, quam ibidem in spem cer-
tam consecutionis vitae aeternae erigit. Et quid in hac de
paterno Dei favore in mulieres, luculentit^o esse queat illo A-
postolico pronunciatō longè gravissimo 2. Corinth. 6. Exite
de medio illorum, & separemini ab illis, dicit Dominus, &
immundum ne tetigeritis, & ego suscipiam vos, & ero vobis
loco PATRIS, & vos eritis mihi vice filiorum & FILIA-
RVM, dicit Dominus omnipotens.

Maximè verò quod attinet quaestionem de aeterna mu-
lierum salute, vel solum colloquium Christi cum Martha ha-
bitum, luculenter edocet, Dominum Iesum ipsam in fide fu-
turae resurrectionis ad vitam aeternam efficacibus verbis
confirmare. Ioan. 11. Quid, quod Samaritanae mulieri ait:
Si scires donum Dei, & quis sit, qui dicit tibi da mihi quod
bibam: tu petisses ab eo, & DEDISSET TIBI (mulieri)
AQVAM VIVAM. Quam aquam vivam ipsemet de
aquis in vitam aeternam salutibus interpretatur. Iohan. 4.
Nonne verò & Paulus meminit Evodiae aliarumq; foemina-
rum, quae in Evangelio decertarint, easq; reponit in cl. ssem
earum personarum, quarum nomina scripta sint in libro vi-
tae. phil. 4.

Iam cum in disputatione de resurrectione mortuorum
& statu alterius seculi Sadducaei obijcerent exemplum de vxore,
quae septem viris ordine nupserat: Christus responso suo
non obscure indicat, eos, qui in hoc seculo matrimonium ini-
erant, & eas, quae maritus nupserant, in vita altera nec ma-
trimonium contracturos, nec nupturas esse, sed fore similes
angelis Dei in caelis. Et de suo ad iudicium aduentu dissectis,
B perspi-

perspicuè testatur, futurum, ut **DVAE** tunc sint in mois,
quarum una sit assumenda: alia era verò relinquenda.

Hæc adeo sunt firma & indubitata, ut Christus etiam
de meretricibus (sed resipiscentibus) enunciet, illas præcede-
re in regno cœlorum Scribas & Phariseos Math. 21.

Nolumus texere prolixum catalogum sanctarum fœ-
minarum, quarum in Biblica Historia fides in Deum & Ie-
sum Christum mirificè prædicatur. Nimis enim longum foret
omnia singulaq; persequi, quæ in sacris litteris leguntur de E-
ua, & Sara, Rebecca, Lea & Rachele, Mariam sorore Moïsis
totoq; charo mulierum Israelitarum laudatium Dominum
ob euersum Pharaonem eiusq; ezertitum, de Anna quoq; Sa-
muelis matre; de Abigaële, de Sunamitide, de vidua Sarep-
tana, de Iosabed Ioiadæ sacerdotis vxore, de Anna prophetis-
sa, de Priscilla, quæ in via Domini erudit Apollon, & cerui-
cem suam pro vita Apostoli Pauli supponere non dubitauit,
de matre vnâ cum septem filijs celeberrimo martyrio corona-
ta: de innumera multitudine beatarum fœminarum atq; virgi-
num, quæ propter nomen domini Iesu Christi exquisitissima
tormenta, sub indubitata spe vitæ æternæ perpeti minimè ex-
horruerunt.

Non dignus est (fatemur) ille nebulo, qui tam refute-
tur accuratè, quandoquidem res ipsa per se apud omnes verè
Christianos extra dubitandi aleam est posita, nisi quod Sata-
nas etiam ea, de quib. dubitatum nunquam fuit, his nouissi-
mis temporibus in disceptationem vocare tentat. Quemad-
modum neq; perversiones dictorum scripturæ, quibus dete-
standum in modum abutitur, vllam merentur refutationem.
Cum enim ex iam dictis constet de re ipsa corruptelæ illæ
sponte concidunt & in nihilum evanescent.

Propter studiosos hæc visum fuit proponere, quos iterum
atq; iterum hortamur, vt secuti præceptum Apostolicum ab
huius.

huiusmodi profanis disterijs & illepidis vexationibus sibi temperent. Paulus Apostolus vult etiam ioculam dicacitatem a Christianis alienam esse. Ephes. 5. nedum periculofam illam iocandi vexandiq; rationem, cum horribili deprauatione scripturarum coniunctam. Memores sumus grauissimæ sententiæ Christi: Dico vobis, quod de vno quoq; verbo ocioso, quod locuti sunt homines, reddaturi sunt rationem in die iudicij. Math. 12.

Deus æternus pater liberatoris nostri Iesu Christi reprimat furores Satanæ & Mundi, nosq; in veritate verbi sui sanctificet & seruet in perpetuum, P. P. VVittebergæ, die 12. Ian. Anno Mesiæ 1595.

Decanus, Senior & Professores
Theologicæ Facultatis in
Accademia VVittebergensi.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

Decanus, Senior & Prof. Theol.
Theol. Facult. Balthasar
A. ...
Gott.





Hildrici vindicia Biblica Versio: Tigur:
Parci Oratio de pace et unione Eccl: Evangelicav,
Rauenfpergeri ad oratg ad pph Job: Piscatorem.
Ejusd: iudiciu de Grot: libro ad pph Socina de Satir:
Ejusd: globo facer^{ta.} fatione.
Sculteti (Abr:) Concio secularis de dca Evang: restaur^{ta.}
Marc: Antonii de Dominis ca^{ta.} affectionis ex Italia.
Fersii postliminiu.
Argenti de statu Soc: tes: in Colon: et Litzcan:
Tamporei quid sit de foederib:
Mylit Comodia Africa Synopsis.
Gelicci defensio sexus muliebris.
Facultatis Theol: admonitio de eadem re.
De Lublinensi Dissput. Anno 1615.
Antimatio fubilai Evangel: ad 1617. Vitel
Epistola imitatoria Theol: Saxon: ad ide fubila.
Fubilaum Lutheranu Leoninum.

ULB Halle

004 071 263

3



56





ADMONITIO

THEOLOGICAE FACULTATIS
in Academia VVitebergensi, ad scholasticam
Iuventutem, de libello famoso & blas-
phemo recens (parlo, cuius
titulus est:

DISPUTATIO NOVA
contra Mulieres, qua ostenditur, eas
homines non esse.



VVITEBERGAE
Excudebat Vidua Matthæi
VVelaci,

ANNO M. D. XCV.

13

